

Ora occorre prepararsi per l'anno accademico.

Esprime l'augurio che a sua volta Aldovrandino attenda agli studi letterari.

Nell'Istria ed a Venezia inferisce la peste; nella primavera ci verrà a Ferrara.

in longam noctem audiebamur attenti. sicque dies hi nobis traducti sunt. nunc in studia litterarum, quasi hoc digressu refocillati, nos paremus oportet. id ego nunc etiam atque etiam conor. tu, etsi neque alios doceas neque ipse audias, in summaque et rerum et honoris copia veriseris <sup>(a)</sup>, tamen existimare non possum quin sedulo libris litterisque operam des. quod te magnopere ut facias et hortor et moneo. patria mea et nunc quoque peste <sup>(b)</sup> laborat solita, Venetiis plus solita invaluit. hic etiam signa quedam obtulerunt sese. ego primo vere meditor ad te ire. valeo, et tu quoque vale. Padue, nonis octobris 1395.

10

## LXIII.

P. P. VERGERIO A GIOVANNI DA BOLOGNA <sup>(c)</sup> <sup>(1)</sup>.

[B, c. 4 B; C, c. 253; R, c. 79 B; G, c. 133].

Padova (?)  
16 ottobre 1395.

Non osava laggiarsi del suo silenzio; ne dava anzi cagione alle molte sue occupazioni;

ma è triste e preoccupato,

a motivo della morte di tanti parenti ed amici, e del pericolo in cui Giovanni si trova,

esposto com'è all'infezione della peste.

NON audebam queri, quod et sepe et multum alias feci, ne semper tibi querulus viderer, sed intermissionem istam litterarum magis occupationibus <sup>(d)</sup> tuis quam negligentie aut socordie ascribendam censueram. erant enim multa que me magis vexarent, multa que timerem, multa que dolerem <sup>(e)</sup>. dolerem quidem gravissimam patrie cladem et nostrorum civium necessariorumque crebra funera, tum et illud inprimis, quod sive voluntate tua sive, ut acceperam, invitus; nam nichil ad periculum interest; ibi maneat, neque pestiferi celi rabiem timeas. ego enim, ut parentes taceam, quos ibi magis necessitas quam consilium detinet, non timere tibi non possum, quem scio sub turbido celo degere et, quod gravissimum omnium est, assidua visitatione infectorum, languentium, imo morientium lectulos visitare et contagiosas auras sedulo captare. nam, ut verum fatear, non audeo plerumque ad te scribere, me-

(a) P versere (b) B pestem P peste laborari (c) B P. P. V. Ioanni Bononiensi s. d. C senza titolo. GR Ioanni de Bononia phisico (d) GR occupationibus tuis potius quam (e) CR multa timerem multaque dolerem

(1) Per la data di questa lettera cf. la nota all'epist. LVIII, p. 131, e, per il contenuto, le epist. LVIII e LXI.